



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Vsura

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

15 Foemina intra annum nubens, non ideo amittit vsumfructum relictum à marito, vel proprietatem, nisi ille id expresserit.

16 Concessa tibi re aliqua ad vitam intelligitur tibi concessus vsusfructus, potesq; alteri tradere ius illud dum viuis. \*Mol.d.7.co.vlt.

17 Vsum solum habens agri, potest fructus edere cum familia, sed non vendere aut locare: secus si habeat vsumfructum.

*Syl l. e. num. 1. Ang. vers. nu. eod.*

18 Vsurarius tenetur ad expensas: quod si proprietarius participet rei commodo, ipse solus tenetur.

*Vsura, vide Contractus, Debitum,  
Dos, Iudæus.*

1 Vsurarij bona esse tacite hypothecata pro vsuris, quidam aiunt, sed melius alij negant.

\* De hac re *Couar. lib. 3. var. à c. 1. Nauar. lib. 5. consil. & in c. si fœneraueris 14. q. 3. & cap. 17. à numer. 206. Sot. lib. 6. q. 1. Bannes 2. 2. q. 78. Val. Mol. ad. 302.*

\* Aiunt } *vide Gl. c. cum tu. c. tua nos de vsu.*

Negant } *Gouar. l. c. c. 3. nu. 6. Mol. d. Caiet. Nauar. & alij ab eo citati.*

2 Vsurarius qui nulla alia habet bona, nisi restitutioni obnoxia, si donet, aut in dotem det, non tenetur *Syl. vsura 8. q. 1. Tabien. vsura.*

*6. q. 2.*

6. §. 2. *Sot. lib. 6. q. 1. art. 4. Mol. lissu. 228. & 330. Tolet. lib. 5. c. 35.*

\* De dote, vide *Nau. c. 17. num. 271. Nau. c. 17. num. 265. & alij citati à Sot. lib. 6. q. 1. art. 4. scribit, transferri vsurarum dominium: at D. Thom. 2. 2. q. 78. art. 3. Alens. 3. p. q. 66. Ioan. Med. q. 4. de reb. per vsu. acqui. & alij cum Mol. in d. 326. negant.*

3 Lucrum ex officio per vsuram acquisito non est restituendum, nec res empta ex pecunia vsuraria.

\* Acquisita ex rebus vsu non consumptibilibus restituenda ait *D. Tho. l. c. & alij Mol. d. 327. Tol. lib. 5. c. 35. Nec res Mol. l. c.*

4 Non est vsura pecuniã locare, aut vendere.

\* *Caiet. vers. vsura.*

5 Non est illicitum petere mutuum ab eo, quem scis non aliter daturum, quàm ad vsuram: quod si petis sine necessitate, aut utilitate, peccatum est, \* *Caiet. l. c.*

\* *Mol. d. 355. Tol. l. 5. c. 27. D. Tho. l. c. Nau. c. 17. nu. 262. Sot. l. 6. q. 1. art. 5. Pannes 78. art. 4.*

6 Plus tenetur vsurarius de rebus non in specie debitis filijs, & vxori, quam creditori.

7 Vsurario manifesto, id est, qui nulla potest tergiuersatione celari, nullum administrandum Sacramentum ante satisfactionem, vel saltem cautionẽ sufficientem: secus si non est manifestus, & nõ potest restituere. Est autem infamis iure vsurarius manifestus.

\* *Vsura-*

\* Usurario vide c. In omnibus, c. Quamquam de usu. lib. 6. Mol. d. 334. Tol. l. 5. c. 36.

Cautionem pignoratitiam, vel fideiussoriam creditoribus, vel alijs pro ijs: aut, si nullus ex illis adsit, Ordinario, vel Parocho coram testibus, & notario: si nequeat cautionem dare, iuret se, quantum poterit, curaturum restitutionem. vide *Navar. l. c. nume. 279. Molin. l. c.*

Est autem § 3. q. 7. c. Infames Mol. l. c. Infantibus autem dignitatem portæ non patent. Reg. Infantibus de reg. iur. lib. 6.

8 Qui fecit contractum usurarium bona fide, credens iustum, potest tantum lucri retinere, quantum acquisiturus erat alioqui per contractum licitum.

9 Contractus, qui dicitur vulgò, *Godere*, à *godere*, scilicet cum alter domum dat habitandam, alter pecuniam utendam, est usurarius, nisi aliqua circumstantia honestetur, ut lucri cessantis, &c.

10 Centesima usura dicitur, cum datur unum pro centum singulis mensibus.

\* Vide *Nav. c. 17. num. 208.*

11 Qui bona fide accepit tanquam donatum, ubi comperit esse pro mutuo datum, tenetur restituere quantum factus est locupletior, nisi præscripsisset.

\* *Caiet. vers. usura, Tol. l. 5. c. 29. numer. 5. Nav. de usu. nu. 25.*

12 Notarius faciens instrumentum vsurarij manifesti contra formam, c. *Quamquam de vsur. lib. 6.* non tenetur restituere, quia ipso iure est nullum. Nec inducens fœnerarium ad fœnerandum in gratiam fœneratarij indigentis, tenetur restituere.

\* Si fictum scribat instrumentum, quo vsuræ labes tegatur, tenetur restituere, *Molin. ex communi d. 331.* Idem dicas de testibus. *Bannes l. c. ar. 3.* ubi ait, neque peccare notarium, si rem solum verè explicet.

Nec inducens Syl. *vsura 7. nu. 2. Mol. l. c. 10. Med. q. 4. de rebus rest. per vsu.*

13 Metus executor vsurarij non tenetur restituere: secus est de principali agente: hic enim causa dat.

\* Vide *Caieta. vers. Usura, Nauar. numer. 166. Mol. l. c. Bannes l. c.* putat omnes vices, & negotia vsurariorum exercentes teneri ad restitutionem.

14 Hæredes vsurarij tenentur solum pro rata restituere, scilicet qui est ex dimidio hæres, dimidium debiti, qui ex tertio, tertiam partem: etiam si alij non restituant. *Caieta. 2. tom. opuscu. tract. 8. c. 5. Med. de rebus per vsuram acquisitis q. 4. ad 5. principale. Sor. lib. 6. q. 1. art. 4. ad 3. Syl. vsura 6. q. 10. Mol. disput. 332.* si quæ tamen res mutuatarij eadem superest, eam restituere tenetur quicumque habet.

\* *Nau. num. 278. l. c.* alios teneri restituere, ait, si alij

si alij nequeant: at *Io. Med. l. c. Sot. l. c. art. 4. ad 3. Bannes l. 2. sentiunt idem. vide Caiet. opusc. de vsur. q. 5.*

15 De vsura inter sæculares, potest cognoscere etiam Iudex sæcularis, siue de Iure, siue de facto quærat.

\* Vide *Mol. dist. 333. Couar. 3. var. resol. c. 3. nu. 1. Syl. Vsur. 9.*

16 Qui iurauit non repetere vsuras, poterit Ecclesiæ denunciare, & ipsa cogere restitui: quod si iurauit non denunciare, nõ tenet iuramentũ, secundũ quosdam, quia illicitum.

## VVLNERARE.

1 **V**ulnerare non licet parentibus, nec dominis.

\* Vide citatos supra. V. Verbera.

XENODOCHIVM,  
seu hospitale.

1 **H**ospitale sine Episcopi auctoritate constructum, est locus prophanus, nec gaudet immunitate, nisi superueniat Episcopi auctoritas.

\* Vide *Syl. Hospitale. q. 3. & Immunitas.*

2 Hospitali cum instituitur, debet dos assignari, vt Ecclesiæ; & cum læditur, restituitur in integrum, sicut Ecclesia.

3 Potest in eo poni Rector sine Episcopi auctoritate, nisi habeat curam animarum, seruanda tamen consuetudo.

4 Ho-